Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

pasce agnos meos. Dicit ei iterum
Simon iohannis diligis me dicit
illi Etiam domine tu scis: quia amo
te. Dicit ei iterum pasce agnos meos.
Dicit ei tertio Simon iohannis
amas me. Contristatus est
petrus: quia dixerat ei tertio amas
me: et dixerat ei Domine tu omnia nosti
tu scis quia amo te. Dicit ei pas-
te oves meas. Amen amen dico
tibi: cum esses iunior cingebas
te et ambulabas ubi volebas
Cum autem senueris extendes ma-
nus tuas: et alius te cinget: et
ducet quo tu non vis. hoc autem
dixit: significans qua morte cla
rificaturus esset deum. et cum hoc
dixisset: dicit ei Sequere me Con-
versus petrus vidit illum discipu-
lum quem diligebat iesus sequen-
te qui et recubuit in cena super
pectus eius et dixit Domine quis
est qui tradet te. hunc ergo cum
vidisset petrus dixit iesu. Domi-
ne hic autem quid. Dicit ei iesus Sic
eum volo manere donec veniam
quid ad te. Tu me sequere. Exiit et
ego sermo iste inter fratres: quia
discipulus ille non morit. Et non
dixit iesus non morit: sed sic eum
volo manere donec veniam: quid
ad te. hic est discipulus ille qui
testimonium phibet de his: et scrip-
sit hec et scimus qa verum est
testimonium eius Sunt autem et alia
multa que fecit iesus: que
si scribantur per singula nec ipsum
arbitror mundum capere posse
eos qui scribendi sunt libros:

Explicit ysagogicus prologus
Incipit ordo librorum epistole
canonicalis

Primum querit: cur ante
post euangelia que sup
plementum legis sunt. et
qb nob exempla et p-
cepta vivendi plenissime digesta
sunt: voluerit aplus has epistolas
ad singulas ecclesias destinare:
hac autem causa fretus videt: ut
sicut in eo nascentis ecclesie novus
populus existentibus fuerunt: et
ut prima atque oriens expediret
vita: et post futuras excludet
questiones: exemplo ysaiae
qui post edita legem moysi: q
omnia dei mandata legebant
Nichilominus tu doctrina sua vivendi
semper spiritum repressere prefa
et ipse exemplum vivendi libro
ad meam etiam memoriam transmi
sit Deinde querit Cur non
amplius quam decem epistolas ad eccle
sias scripserit. Decem sunt enim
ea que dicit ad hebreos: nam
reliquae quatuor ad discipulos
specialiter sunt porrecte. sed ostendit
nomen non discrepare a veteri tes
tamento: et se contra legem non
facere moysi: ad numerum pri
mum decalogi mandatorum suas e-
pistolas destinant: et quot de
sceptis a pharaone instituit li
beratos: totidem epistolas a diabo
lo et idolatrie servitute edoceat
acquisitos. Nam et duas tabu
las lapideas: duorum testamentorum
figuram habuisse. Inter eundi
tissimum tradiderunt. Epistolam
sane que ad hebreos scribit. q-
dam paulo non ee affirmant
eo q non sit eius more titulata
et ipse omnino suligi distan
tiam: Set aut barnabe iuxta
tertulianum aut lucae iuxta ali
quam. vel certe dentis discipu
li aliorum et ipsi romane eccle
post aliis ordinati tribuere
respondendum e: Si ipsorum pau
li non erat quia eius non habet
nomen: ergo nec alicuius est
quia nullius nomine titulat